30 t̄ uerborum uniuersalium includit oīa, quæ dicitur, aut excogitari possunt, & nihil excludunt l. Iulianus ff. de leg. 3. latè Crauet. conf. 294. & conf. 308. per totum, dicens quōd uniuersalia uerba uim habent specialis expressionis, secundum Bart. in l. 1. in fin. ff. si quis in ius uoca. Iaf. conf. 45. col. pen. vol. 1. cum similib. per eum, tantoq; magis, quod addita fuerunt etiam illa uerba, *Quo ad omnia*, ad denotandum intentionem fuisse partium, nedū renuntiandi donationi, & facultati disponēdi, sed etiam dictæ conditioni. Quoniam dicta uerba, *Omnibus & singulis in ea consentis, quō ad omnia*, ueluti geminata, magis enixam, deliberatam & appensam uoluntatem demonstrant, l. balista. ff. ad Treb. Bar. in l. cum scimus, C. de agric. & cens. lib. 11. Paris. conf. 9. nu. 56. & 57. & conf. 12. nu. 145. vol. 2. conf. 89. num. 23. vol. 3. pulchrè

Hiero. Gabri. conf. 168. nu. 28. vbi dicit, q̄ geminatio uerborum uniuersalium maioris est roboris, quā reiteratio eorundem actuum, demumq; Natta conf. 110. nu. 5. dicens, q̄ per uerba t̄ pinguia & geminata colligitur præcisa dispositionis uoluntas. Quin ulterius non contentæ partes uerbis prædictis subiunxerunt, *Et uolunt & intendunt esse in illis statu & gradu, perinde ac si donatio ipsa facta non fuisset*, per quæ uerba uoluerunt dictam donationem, facultatem & conditionem inutilem, & sine effectu reddi l. non dubium C. de legib. ibi, *Non solum inutilia, sed pro infectis haberi*, & ibi Iaf. post Fulgo. sicut & Tiraq. de retract. linag. §. 1. gl. 2. nu. 8. & inducta fuit liberatio dicti cōtractus, sicut quando dicitur, q̄ bannum habeatur pro cancellato, inducitur eius liberatio. l. inductū C. de solut. Bal. in l. nostram, C. de testi. Io. Andr. in addi. Spec. de accus. uerf. cum bannum, domini meus Rim. conf. 68. nu. 13. Et sic annullata uel rescisa d. donatione pariter & d. cōditio in ea contenta, ut per glo. in l. si patruus §. patronū ff. si quid in fra. pa. Bal. in l. imperator lect. 1. ff. de stat. hom. latè Tiraq. in tract. de constit. limit. 7. nu. 27. Cur. Iun. conf. 130. nu. 6. Rol. à Val. conf. 57. nu. 75. vol. 3. Quibus ita stantibus infero, quōd hic tractari non potest de aliqua

32 t̄ repetitione d. conditionis in prima donatione positæ, si donatio sublata fuit, quia nō entis nullæ sunt partes, l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet. & quod annullatum fuit, nullum effectum (uelut repetitionis) parere potest, l. 4. §. cōdemnatum ff. de re iudi. Rol. à Val. conf. 76. in fin. uol. 2. sed sumus in unica donatione facta D. susanæ cū facultate simplici, & pura disponēdi, non aut sub cōdōne uiduitatis, quia regulariter cōditio nunquā subintelligit, nisi fuerit apposita l. 1. in princ. ff. de condi. & dem. l. si ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. obl. Natta conf. 459. nu. 8. unde Doctores, q̄ disputant de repetitione faciendā, uel non, in secunda dispositione, loquunt t̄ stante dispōne pambula, quæ sit ualida, non autē quando rescisa fuit & anihilata per mutuā renunciationem in ampla forma, ut in casu nostro. Verum est q̄ hoc argū præuidit Deci. in alleg. suo conf. 190. & illi cōnatur respondere. Dicit. n. q̄ nos t̄ uidemus, si legatum fiat alicui sub cōditione, & illud in alium postea transferatur, legatum & cōditio respectu primi legatarii annullatur, & tamen translatio censetur facta cum eadem conditione l. legatum ff. de adi. leg. l. Gaio. in prin. ff. de alim. & ciba. leg. sed responsio sua nil ualeat, loquitur enim de legato prius uni factio postea in alium translato, quod legatum per translationem non dicitur extingui; Imō adhuc uiuit & durat, nos autem loquimur de donatione primo & secundo loco eidem personæ factæ, quo casu cōditio primæ adiecta non intelligitur in secunda repetita. l. si tibi ff. de adi. leg. & ibi signanter Bar. sic soluit, reddiditq; rationem qua



re hoc secundo casu nō repetitur conditio, q̄a  
35 nihil ↑ posset operari secundum legatum eidē  
factum, nisi operetur ademptionem fideicom-  
missi. Et licet Dec. in d. conf. 190. ad si. con-  
etur ad illum tex. respondere, quōd in casu no-  
stro secundum relictum multum operatur, ta-  
men nec id supra probauit, nec ibi probat ullo  
modo, nec probari potest, siquidem dicta facul-  
tas nominandi nihil operabitur ad subleuamē  
D. Susanæ repetita cōditione viduitatis in ea,  
Igitur adhuc procedit, quod Bar. dicit, ut adē-  
pta censetur à prima facultate nec in secunda  
repetita.

Vltimò quoniam Souici fratres nituntur au-  
toritate Decii in alleg. conf. 190. placet in me-  
dium longè plures adferre pro Ill. Fratrib. Tri-  
ultiis, qui soli Decio facile superiores erunt.  
36 In primis noster Antesignanus ↑ erit Bar. conf.  
39. Cola reliquit. Vbi proponit, q̄ maritus uxori  
sua quædam reliquit, donec castè & honestè  
uixerit, aliq̄; legata quibusdam fecit, deinde  
reliquit eidem uxori terram cum domo in ui-  
ta sua; Questum fuit, nunquid in dicto legato  
uideatur repetita conditio, Donec castè, & ho-  
nestè uixerit. Respondet Bar. q̄ nequaquã stan-  
te mutatione rerum, uel personarū, & aliis ca-  
pitulis intermediis, quæ sanè pariter hic cōcur-  
runt, & adaptantur, ubi alia res, & personæ con-  
tinentur in secunda donatione, & loco aliorū  
capitulorum, stat intermedium tempus anno-  
rum trium, quod uice rerum fungitur, cum à re  
ad tps ualeat argn. l. miles ita, §. & q̄a diximus,  
& ibi Bar. & doc. ff. de test. mil. Bal. in l. cōuenti-  
culam. C. de episc. & cler. Ias. in l. in testō. C. de  
test. mil. cum siml. per Euerard. in cēturia sua,  
37 loco à re ad tempus; Idem quoq; tenuit ↑ Bal.  
in alleg. conf. 153. vol. 5. de quo supra num. 18.  
ubi maritus vxorem suam Dominam & Massariam  
suorum bonorum reliquerat, donec castè  
& honestè uixerit, & vitam uidualem seruauerit,  
filiumq; instituerat, & si sine filiis decesserit,  
eidem vxori domum cum orto, & quasdam  
alias res reliquit, non adiecta dicta conditione  
viduitatis. Concludit Bal. eā repetitam non cē-  
seri in eo ultimo legato, quod ēt ponit in l. fin.  
col. fi. C. de ind. uid. tol. securus Bartolū in alle.  
38 conf. Cola reliquit. Accedit ↑ Cuma. conf. 47.  
testator legauit. Vbi testator dixit, quōd uole-  
bat vxorem habere talem domum, & uult q̄ ha-  
beat singulis annis, lx. donec uiuēt uidualiter.  
Quærebatur, an in legato domus intelligatur il-  
la conditio viduitatis repetita. Respondet Cu-  
ma. q̄ nō, quia relicta domus & pecuniarum  
sunt in orationibus diuersis perfectis. Non o-  
39 mitto pariter ↑ Alex. conf. 96. in fi. vol. 7. sed in  
eo magnam uim facio, nam Maritus reliquerat  
vsumfructum vxori omnium bonorum existen-  
tium in Plombino & Lombardia, donec ipsa ui-  
tam uidualem seruaret, & prohibuit eam uēde-  
re, pignorarē, uel alium cōtractum facere. Post-  
modum in Codicillis ampliuit relicta, sicq̄;

fauorabilius illud uxori fecit. Quia reliquit ei  
vsumfructum omnium bonorum suorum, non se  
restringens ad bona Plombini, seu Lombardiæ,  
eiq; dedit potestatem uēdendi, & precium pro  
anima sua conuertendi in pauperes, Quæreba-  
tur, an illa cōditio viduitatis intelligeretur ef-  
se repetita in secundo legato. Respondet Alex.  
q̄ non; quia etiam quando in eodem testō fa-  
cta sunt eidem duo legata in diuersis orationi-  
bus, conditio in primo legato, non censetur in  
secundo repetita, uolens Alex. dicere quōd tā-  
to minus, quādo in diuersis scripturis, ut ibi in  
testō primum, & secundū in codicillis facta fue-  
rant, prout & in casu nostro, in quo pariter cum  
bonis positus in prima donatione posita fuerūt  
alia in secūda donatione, ut esset fauorabilior  
D. Susanæ, ut etiam dicit Dec. in d. cōf. 190. in  
secundo fundamento, & eidem uxori facta fuit  
vtraque donatio. Vnde (meo iudicio) casus  
Alex. multum cōformis est nostro. Nec istis de-  
cisionibus bene respōdet Dec. in alleg. suo cōf.  
190. ubi quæsdā ex eis refert, ut infra patebit, &  
dicam respondendo suis argumentis. Cum præ-  
40 dictis etiam concordat q̄ egregiè Natta conf.  
459. ubi maritus reliquerat Matri & uxori u-  
sumfructum omnium bonorum dum uixerint  
honestè, & in statu niduali, deinde uxorem hæ-  
redem in solidum instituit, dubitabatur an con-  
ditio viduitatis apposta legato usufructus in-  
telligeretur repetita in institutione uxoris. Cō-  
cludit Natta, q̄ non, ex decisionib. supra dedu-  
ctis, & ultra ponderans ad hoc doctrinam Bar.  
in l. 2. col. pen. uers. sed quid si testator ff. de vul-  
ga. & pupi. ubi uoluit, quōd si testator reliquit  
vxori quid, donec vitam uidualem seruauerit,  
& ipsa transtulit ad secunda uota, nō solum pri-  
uetur legato sed etiam ex præsumpta mente de  
functi, non succedet filio ex tacita pupillari,  
quod etiam tradit Bal. in l. precibus, col. 3. uer.  
circa secundum. C. de impub. Ponderat Natta  
Bartolum, Baldum & sequaces, quōd si uolunt  
facto legato uxori, donec uitam uidualem ser-  
uauerit, eam secundò nuptam excludi à succes-  
sione filii, quando nititur ex tacita pupillari. se-  
cus ergo si testator eam expressè pupillariter fi-  
lio substituerit, tunc n. succedat, etiam q̄ secu-  
das nuptias contraxerit. Igitur & in casu suo di-  
cit Natta, in quo maritus expressè vxorē insti-  
tuit, nam non obstantè legato usufructus cū cō-  
ditione viduitatis annexa, erit hæres, lz. ad se-  
cundas nuptias transfuerit; indignitas n. per-  
sonæ nō ita repellit de facto à relicto in expres-  
sa uoluntate testatoris, sicut in uoluntate tacita,  
ut per Areti. conf. 155. & per hoc reprehendit  
Cast. conf. 11. vol. 2. qui uult, conditionē uidui-  
tatis annexā legato usufructus relicti uxori cē-  
seri repetitam in substitutione expressa eiusdē  
vxoris facta filio, ea ratione, quia si maritus no-  
luit eam habere usufructū, si nuberet, multo  
minus est credendum, q̄ uoluit habere proprie-  
tatem, nā indignatur anima mariti si uxor trā-  
scat

scat ad secunda uota §. quia uerō. in authen. de  
nupt. Respondet. n. Natta, q̄ hæc dicta Castren-  
sis sunt contra intentionē Doctorū, qui uolūt,  
si legetur ususfructus, uel alimenta, uel aliquid  
annuū vxori sub cōditione viduitatis, nō intel-  
ligatur hæc condō repetita in alio legato facto  
in separata oratiōe. Nec mouet eos illud, quōd  
si testator noluit vxorem habere alimenta, seu  
vsumfructum iterum nubendo, multo minus  
noluit habere alia legata, quia uolunt præfati  
Doctores, quōd conditio non intelligatur re-  
petita, nisi appareat testator hoc uoluisse per  
dictiones repetitiuas, & cōnexiuas uel alio mo-  
do. Et licet non alleget Natta, melius in hoc ca-  
41 su sic tenet ipse ↑ Cast. conf. 88. vol. 1. At secus  
est cessantibus prædictis dictionibus, quando-  
quidem maior est illa præsumptio, quōd si ma-  
ritus uoluisse vxorem aliud legatū habere sub  
eadem conditione, istud expresse, sicut fecit  
in primo. Non mouit etiam præfatos Doctores  
offensa mariti per transitum vxoris ad secunda  
uota, quia non intelligitur offendi, nisi quate-  
nus uult, quod non attendendum est, cum remi-  
serit maritus oēs causas ingratitudinis. Vnde  
legatū vxori factū simpliciter eidē debetur trā-  
seunti ad secūda uota, & ut latius per Nattam.  
Patet igitur, quōd in terminis dictæ conditio-  
nis viduitatis hanc partem tenent Barto. Bald.  
Cuma. & Natta longè plures solo Decio, tan-  
toque magis eorum numerus augetur, si plures  
adiiciantur, qui in aliis conditionibus annexis  
primo legato, uel dispositionibus negant in sequē-  
ti separatiu factō, seu factæ repetitionē condi-  
42 tionis ↑ habere locum, ut Bal. conf. 58. in resti-  
col. 2. vol. 2. in nouis, q̄a quādo pfectus est sen-  
sus orationis, nihil ei debet addi, uel detrahi,  
sed quando una oratio indiget adminiculo al-  
terius propter imperfectionem, tunc inducitur  
tacita & interpretata repetitio, sed oratio per-  
fecta & plana in se non indiget repet. & glossa-  
tione, facile. n. erit testatoris repetere si uoluit.  
43 set. Idemq; ↑ tenet Maria Soc. conf. 10. col. 6.  
uolumine primo. uolens conditionem omis-  
sam haberi pro omisā, nec clausulā contentam  
in vno capit. referri ad aliud ab eo separatum,  
& Soci. eius filius cōf. 22. col. 2. vol. 3. uolēs con-  
ditionem in præcedenti oratione non intelli-  
gi repetitam in sequenti diuersa, per l. qui fun-  
44 dum, ff. de contrahē. empt. Cast. ↑ conf. 16. in  
fin. vol. 1. in nou. Crauet. conf. 206. col. 4. uers.  
secundò respondeo, & Menoch. conf. 86. nu.  
49. Quare, ne sim prolixior, apparet hanc partē  
negatiuam longè magis esse suffultam rōbus &  
auctoritatibus contraria, tantoq; clarior redde-  
tur sublatis, atq; confutatis rationibus Decii,  
ad quod descendo.

Dicebat in primis intentionem D. Augusti-  
ni fuisse ponendi dictam conditionem in se-  
cunda donatione & si fuisset interrogatus, ita  
45 uerisimiliter ↑ respondisset, attenda rationis  
identitate, meritò pro expresso debet haberi.

Ad quod ego respondeo, quōd gloss. in l. tale  
pactum §. fin. ff. de pact. in qua se fundat Dec.  
procedit, quādo aliquid fuit expressum, ex quo  
illa uoluntas testatoris seu disponentis aliter  
deprehendatur. Secus quando omnino casus  
est omisus, prout in hac secunda donatione cō-  
tingit, in qua dicta conditio non fuit apposta,  
quia pro omisso haberi debet, ut notab. distin-  
46 guit ↑ Bald. in l. 1. circa fin. C. de his qui ante  
apert. tab. & sequitur ipsemet Dec. conf. 89.  
olum. penult. uersicu. 3. allegata, debent enim  
coniecturæ esse proximæ, quæ ex eadem dispo-  
sitione colligantur, ut tradit Socin. in l. hære-  
des mei §. cum ita. ff. ad Treb. col. 5. Dec. conf.  
369. col. 2. & conf. 417. ad si. non autem ex alia  
iam per tres annos condita, prout fuerat prima  
donatio, & ita signanter inquit Cuma. conf. 22.  
quōd ubi ueniret fienda repetitio, fieri deberet  
ex proximo nō ex remoto. Nec dici pot̄ id ↑ ex  
47 secunda donatione colligi, in qua fit mētiō pri-  
mæ & cōditionis in ea positæ, ut supponit Dec.  
in ultimo fundamento, quoniam retorquetur  
obiectum ex eo, quod scribit Crauet. conf. 161.  
num. 8. dicēs, quōd sicut disponens inter tales  
quid expressit, si deficientibus illis intētio sua  
fuisse inter alios per eum uocatos idem seruari,  
uerisimiliter illud expressisset, sicut fecit in  
aliis, leg. vnica §. fin. autem ad deficientis, C. de  
ead. toll. Igitur illud exprimendo in vna parte,  
in alia, in qua id non expressit, illud negasse ui-  
detur. cum prætor. ff. de iudi. Vnde sic, & in ca-  
su nostro dici debet tantoque magis, quia tota  
48 vis ↑ in conclusione contractus consistit. Bal. in  
l. si uoluntate C. de resc. uend. Dec. conf. 28.  
col. 3. conf. 62. col. 1. Rol. à Vall. conf. 9. nu. 5.  
uolum. 3. ideo cum in uerbis dispositiuis dona-  
tio simpliciter, & sine vlla conditione uiduitatis  
facta fuerit, id attendi debet. Præterea stat  
49 in terminis cōtra Dec. auctoritas Aretini ↑ cō-  
filio 17. num. 10. ubi loquitur de donatione pri-  
ma facta cum certis conditionibus, postea de-  
uentum fuerat ad secundam facta mentione in  
eius præfatione de prima & d. conditionibus,  
& tamen negat repetitionem dictarum condi-  
tionum debere fieri in secunda, licet ex illa pri-  
ma data sit causa ad faciendam secundam, Imò  
dicit Aret. potius imputari debere contrarium  
propter noua pacta specialiter apposta, ut hic.  
In secunda donatione, dos computabatur, & di-  
cebatur, quōd posset disponere, quod uerbum  
refertur ad ultimam uoluntatem, glof. Barto. &  
docto. in rubrica. ff. solu. matrimo. Soci. conf.  
13. num. 32. vol. 1. Ias. conf. 224. num. 14. uol.  
1. conf. 7. num. 9. vol. 2. Rui. conf. 182. col. 9.  
vol. 1. decif. Neap. 370. nu. 12. Natta conf. 163.  
num. 26. Ceph. conf. 274. num. 12. & illa uerba  
Pro eius libito, ueniebant intelligenda instituē-  
do, legando, fideicommittendo in testamento,  
uel codicillis, in secunda uerò donatione dos  
non fuit computata, & dictum fuit, quōd posset  
disponere tam in uita, quàm post, Item adiecti  
sunt



sunt filii D. Antonii Triultii, qui non erant in prima donatione nominati. Nec verum est, mi litare rationis identitatem, per ea quæ dixi superius in quinto fundamento nu. 21.

Ad secundum de renuntiatione primæ donationi non facta simpliciter, sed ad finem ut fieret alia donatio favorabilior D. susanæ. Ideo conditio viduitatis in prima posita, remota non censetur à secunda donatione. Respondetur, quod hæc ratio retorquetur aduersus Dec. siue. n. consideremus qualiter donataria vxoris dilectissimæ, siue D. Catherinæ filia primò nominata, sicque prædicta à Patre suo siue naturam donationis, ex quibus omnibus & singulis materia subiecta dicebatur esse favorabilis. ideo latius interpretanda, ut in primo, tertio & octauo fundamento latius deduxi, dicta conditio censetur à secunda donatione remota, & in ea nullatenus repetita, tantoque magis si secunda donatio facta fuit, ut esset utilior & favorabilior D. susanæ, ut in secunda donatione legitur, & refert idem Decius in d. c. filio 190. Nam ex eo d. conditio non intelligitur repetita, ut concludit Alex. consil. 96. in fin. vol. 7. ubi fuerat ampliatum legatum in codicillis à facto in testamento, sicque favorabilius & utilius factum, & tamen negat Alexander repetitioni conditionis esse locum. Nec immerito, quia inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, l. legata inutiliter & ibi Bart. ff. de adi. leg. & ut inquit Bald. in allega. consil. 57. volumi. secundo, non debemus conditionem subaudire ad restringendum fauorem.

Ad tertium, quod fundatur in l. vnica §. pro secundo. C. de cad. tol. quod commodum debet habere onus annexum, respondetur, quod id procedit quando vni relictum transit in alium: fit enim repetitio conditionis l. legatum, ff. de adi. legat. secus quando eidem relinquuntur l. si tibi, & ibi Bart. ff. de adi. leg. prout in casu nostro. Rursus procedit ille tex. quando relictum annullatur sine facto testatoris, tunc enim conditio firma manet, secus autem quando facto testatoris, tunc enim conditio tollitur, ut ibi declarat Cast. & in §. præcedenti. qualis est casus noster, ubi prima donatio fuit in totum annullata, per eundem donatorem, merito conditio quoque in ea posita sublata dicitur, nec in secunda repetita censetur, nec argumentum commodi debet operari diminutionem per repetitionem conditionis, secundum Bald. in d. consil. 57. vol. 2. ne fauor restringatur, ut per eum.

Ad quartum, de secunda donatione loco primæ subrogata, quæ propterea debet eius naturam sapere, & sic in ea conditio viduitatis repetita cõferri, stat in primis auctoritas Alexander, consil. 66. vol. 3. contra Decium, prout refert eruditissimus D. senator, loquitur enim de secundo legato loco primi subrogato, & tamè inferius verè confirmatur, negat repetitioni locum

esse in secundo propter diuersas orationes. Mirumque certè videtur, quomodo Decius in dict. consil. 190. sub num. 4. eum pro se ceter in principio licet corrupto num. 64. quod Alexander faciat differentiam, quando vnum legatum non fuit alterius loco subrogatum, tunc enim conditio non intelligitur in secundo repetita, secus verò secundo, quod loco primi subrogatur, Alexander enim relato utroque legato dicit, quod tota difficultas consistere videtur in eo, quod secundum legatum videatur subrogatum loco primi, ubi secus esset, si legata simpliciter essent relicta, & vnum non esset subrogatum loco alterius, res enim satis clarè procederet, quod conditio viduitatis adiecta primo legato non intelligeretur repetita in alio. Voluit ergo dicere Alexander, quod in primo casu subrogationis secundi legati loco primi res plus dubitationis habeat, an conditio repetita censetur, quam in secundo, non autem voluit firmare, quod in primo casu repetitioni conditionis sit locus, & in secundo non. Et quod sit verum, patet, quia prosequendo primum casum subrogationis,

54 nihilominus concludit, repetitioni locum non esse propter diuersas orationes, in quibus dicta legata fuerant constituta, vnde patet, quod Dec. habet Alex. repugnantem sibi, pro se citatum, & ita pro hac parte in legato subrogato loco primi citat eum Natta in dicto consil. 459. num. 8. quod allegauit supra nu. 40. ad probandum, quod conditio viduitatis in primo legato posita, non censetur in secundo repetita. Et ad regulam subrogationis pluribus modis, & optimè, & eleganter respondet excelsus Senator, quos sigillatim referam, quonia decies repetita placebunt, ut inquit ille.

55 Primò quidem quod subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, quoties illud extinctum fuit, ut in casu nostro prima donatio, per dicta superius in 10. fundamento, sic enim tradit in not. casu Natta consil. 638. num. 44. post Bald. in l. pactum, quod dotali, q. 18. C. de collat. quod præter eos pulchra ratione confirmatur. Nam res semel extincta propter aliquam causam annullantem, non reconualescit, l. qui res, §. aream, ff. de sol. & ibi Bart. & alii, l. inter stipulantem, §. facram, ff. de verb. oblig. Vnde Bald. in l. penulti. ff. de excus. tut. dicit, quod si testator reliquit in testamento vxorem suam usufructuariam omnium bonorum, donec ipsa castè vixerit, si primo anno castè vixit, secundo non, tertio rediit ad castitatem, forsàn ingrediendo religionem, non per hoc recuperat legatum, cum propter eius inonestam vitam fuisset extinctum. Sic enim dici debet in casu nostro, quod cum prima donatio cum omnibus & singulis in ea contentis quod ad omnia fuerit extincta mutua renuntiatione partium, licet postea facta fuerit alia donatio, non per hoc conditio viduitatis in prima posita debet conualescere, & in secunda repeti, vel

lut semel extincta, sed ut dicit tex. in d. §. aream, in perpetuum sublata obligatio restitui non potest; sic esse debet de dicta conditione.

56 Quod verò secundo loco dicitur, subrogatum in re singulari, siue particulari non sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, ut per Ceph. consil. 20. nu. 18. paratam pariter habet rationem probabilè. Quia tunc demum subrogatum sapit & cum subrogatur in totum, secus cum in parte, ut voluit Calcan. consil. 84. col. 4. nu. 8. Dec. consil. 38. in fin. Simile videtur illud quod scribit Cuma. consil. 35. col. 2. uers. nec obstat, qui dicit, dotem subrogatam à statuto loco legitimè non regulari secundum naturam legitimæ, cum facta fuerit subrogatio cum additamento, & augmento. Sequitur Menoch. consil. 88. nu. 23. dicens, per hoc portionem subrogatam loco Trebellianicæ, non posse dici subrogatam in totum loco Trebellianicæ, cum varietur ex diuersitate personarum, cum modo sit tertia, modo dimidia, modo quinta, sic. n. dici debet in casu nostro, quod cum secunda donatio facta sit cum augmento rerum, dotis non computandæ, dispendi tam in vita, quam in morte, demumque immixtione nouarum personarum, quæ non erant in prima, secundam donationem non posse sapere naturam primæ, in cuius locum fuerit subrogata, sicque conditionis repetitionem non induci. Vera quoque fuit & subtilis tertia responsio, quod subrogatum sapit & cum ad primordiale naturam, non autem quod ad accidentalem, ut per gloss. in l. certi conditio. in prin. ff. si cer. pet. quam sequitur Bar. saly. Alex. Ias. Dec. & D. meus Riminaldi, Soc. consil. 141. vol. 1. nu. 6. Roma. sing. 484. Natta consil. 4. nu. 4. quos adducit D. senator, quibus addo Bal. in l. unica §. sed & fi. C. de rei vx. act. Ang. in l. item ueniunt ff. de pet. hered. Tiraq. in tract. le mort. in 9. decl. 2. par. nu. 21. Soc. Iun. consil. 74. nu. 21. uol. 3. Bero. consil. 71. vol. 1. Vnde cum donator maritus remisit omnes causas ingratitude in secunda donatione, & de natura donationis non sit, quod is, cui donatur, etiam si sit uxor, feruet uiduitatem, imò natura mulieres ad hoc progenuit, ut partus edant, & in hoc eis summa cura constituta est, l. 2. C. de indic. uid. tol. interestque reipubl. ut liberos procreent, & liberis hominibus. repleant ciuitatem, l. 1. ff. sol. matr. conditio viduitatis annexa primæ donationi fuit accidentalis, non autem naturalis, merito secunda eius loco subrogata non debet fortiri naturam illius primæ donationis respectu d. conditionis in ea positæ.

57 Quarta non omitto responsionem, quam sic deduco, nam per secundam donationem datur potestas D. susanæ disponendi simpliciter de bonis donatis, & sic siue sit uida, siue secundo nupta. At si repetamus conditionem uiduitatis in prima positam, inducitur pena, quia

quam priuari administratione libera, & iure si bi quæsto, dicitur poenale & odiosum, l. testamento Centurio. in fin. & ibi gloss. ff. de manuf. refl. decreto. & ibi Bar. ff. de iur. tut. Bero. consil. 15. nu. 6. vol. 1. quoniam D. susana, quæ per secundam donationem poterat in utroque statu disponere de bonis, si nubat, priuatur illa potestate, eamque penam incurrit, igitur dato, quod secunda donatio dicatur subrogata loco primæ, non debet sequi naturam primæ donationis, respectu d. conditionis poenalis, ut per Dec. consil. 90. in fin. Rui. consil. 127. nu. 4. vol. 2. & consil. 143. nu. 11. vol. 5.

59 Quintò potest insuper addi responsioibus Clarissimi D. senatoris, sic à me firmatis, cum secunda donatio respiciat ad res, & personas diuersas respectu filiorum D. Antonii, subrogatum non sapere & cum regula demum procedat quando subrogatum tendit ad idem, l. si in fundo, §. si fundus, ff. de iur. dot. Bar. in rep. l. Pater filium. col. pen. uers. non obstat ff. de in off. test. oc. in regula 383. fal. 2. Soc. Iun. consil. 74. nu. 22. uol. 3. vnde patet luculenter obiecto subrogationis responsum fuerit, licet in eo Deci. tantam vim fecerit in alle. suo consil. 190. & c.

Ad quintum quod prima donatio transmissa fuit in secundam, ergo cum eadem conditione censetur translata l. legatum. ff. de adm. leg. l. Gaio. in princ. ff. de ali. & ciba. leg. responso patet ex per me dictis in xi. fundamento circa fin. supra nu. 34. quod procedunt illa iura, quando legatum vni factum transferatur in alium, secus si fit eidem secundo loco, ut hic secunda donatio D. susanæ, nam cessat repetitio conditionis, ne nihil operetur, ut tradit Bar. in l. si tibi ff. de adi. leg. per illum tex. & nunc addo Castrensem idem tenentem in l. legatum sub conditione ff. de condi. & dem. citans d. l. si tibi; sed & aliud addit, quod ponit Excellentissimus Senator, quod etiam quando

60 translatio fit in aliam personam, & in alio testamento sicque in diuersa scriptura, per quam prima reuocatur, non intelligitur repetita conditio in primo testamento vel scriptura posita, quæ hic deseruit, ubi in diuerso instrumento diuersique Notarii secunda donatio facta fuit, eidem tamen D. susanæ diuersaque personæ. Ergo repetitioni dictæ conditionis locus non est.

Ad sextum de donatione reformata, cuius qualitas, hoc est, conditio repetita videtur, pro responsione recurrendum est ad doctrinam 62 Bar. in l. iurisdictionum §. adeo ff. de pact. dicentis, quod si quidem sit cum eodem, aut verba non sunt apta ad renouationem contractus, uerbi gratia. Rem, quam tibi vendidi pro xx. volo, quod emptam habeas ex prima emptioe & remitto tibi x. & non videtur renouatus contractus, aut verba sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt dubia, & videtur renouatus. Et cum Bar. tenet ad vnguem Bald. in d. l. pacta conuenta. col. pen. Castr. in d. §. adeo,



adeo, & longè pulchrius Aret. conf. 21. col. 1. qui casum nostrum proprius attingit. 63 enim prior ÷ donatio facta de quarta parte bonorum, postea fuerat actum, quòd illa donatio firma remaneret in florenis 77. cum dimidio. Dubitabatur, an pactum de ingrediendo postum in prima donatione censeretur reuocari, aut repetitum in secunda donatione. Concludit Aret. ex doctrina Bartoli memorata, dictam primam donationem non censi reuocari. Et propterea pactum prædictum durare: quia verba non erant apta ad inductionem noui contractus, sed significabant perseverantiam primæ donationis, sequitur Natta conf. 527. nu. 6 de quo meminit senator egregius, at in casu nostro verba fuerunt apta ad renouationem donationis. Ex quo primæ partes renuntiarunt, & omnibus & singulis in ea contentis, quòd ad omnia, & in eo statu esse voluerunt perinde ac si donatio facta non fuisset, quæ omnia totalem nullitatem primæ donationis inducunt, ut supra demonstraui in xi. fundamentis, non autem ad reformationem illius tendit, meritò conditio primæ donationis non potest in secunda censi repetita sicut prædictos. Et ultra comprobatur ex l. uoluntate ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. ubi videmus, quòd uenditione resoluta, res ad pristinam causam reuertitur, ac si nulla facta fuisset uenditio, prout sic illud deducit Menoch. conf. 26. nu. 4. Et prout etiam in casu nostro partes ad unguem conueniunt 64 in secunda donatione circa primam. Hinc ÷ & Bal. in l. 2. col. 4. C. de inoff. do. inquit, quòd resciso contractu principali, intelligitur etiam rescisus poenalis, & quodlibet accessorium, sequitur Crot. conf. 12. nu. 20. Quare pariter in casu nostro rescisa prima donatione pariter intelligitur rescisa conditio uiduitatis in ea posita, meritò non potest in secunda repeti. Nec certè uideo, quomodo de reformatione primæ donationis hic agi possit, si propriam significationem, siue naturam uerbi, reformare confideremus, quod requirit actum, qui reformatur 65 ÷ durare, secundum Bar. Bal. Aret. & Nattam supra citatos, & præter eos ponunt Castr. Ias. Zas. D. meus Rimi. & Cagno. in l. lecta. ff. si cer. pet. dicentes, Reformare contractum esse, nouam formam ei dare, remanente tamen & retento eodem contractu. Hoc enim minimè factum fuit in casu nostro, ubi penitus, & tota fuit extincta sublataq; prima donatio, & alia noua facta, ut in ipsa donatione legitur, & referendo uerba dicit ipse Dec. in allegato conf. 190. in secundo fundamento, ibi, *Quam quidem retro donationem facit ad finem & effectum, ut alia & noua donatio fiat.* hæc enim uerba conueniunt ad unguem renouationi primæ donationis, non autem illius reformationi. Sicq; Decius uerbis met contractus ab eo relatis proferuntur.

Ad secundum de rationis idèitate, quæ militat in secunda donatione, & ob id repetitione indu-

66 cit. iam supra ÷ demonstraui quinto loco nu. 21. non adesse parem rationem, sed subesse diuersam, nec in dispositionibus separatim factis, rationis diuersitatem quarendam esse, prout eleganter dixit Cuma. conf. 22. quare cessat obiectum iam supra sublatum. Nec etiam ex præ-

67 sumpta uoluntate donantis ÷ (ut putat Dec.) fieri debet repetitio, sed potius præsumpta uoluntas eius est in contrarium, quòd non fiat repetitio, quia sicut illam in prima donatione expressit, facile sibi fuisset illam exprimere in secunda donatione, si uoluisset. Unde censetur eam noluisse intelligi in ea, ut arguit Bal. conf. 58. col. 2. in nouis. Maria. conf. 10. col. 6. uol. 1. Natta conf. 459. & Soc. Jun. cõf. 3. nu. 41. vol. 1.

Et hinc pariter euacuatur octauum fundamentum ÷ Decii, quòd nititur in uoluntate donantis, nec quicquam facit relationem donationis & conditionis facta in præfatione secundæ donationis, quam cõsiderat Dec. quia tollitur ex dictis à me supra respondendo primo. illius argumento nu. 45. Et præter ibidem scripta, adiungo, quòd consideratio Decii retorquetur contra eum. Nam quando in secundo contractu sit repetitio primi, uidetur à primo recessum, ut uoluit Bal. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. emp. quam posuit in d. l. iurisgētium, col. pen. sequitur Aret. in alleg. conf. 21. col. 2. & postremo Natta conf. 527. nu. 9. citatus p. D. senatorem. Iam patet igitur (ut tadem concludam) quàm parum, ne dicam nihil, auctoritati Decii sit deferendum, cum pars negatiua repetitionis conditionem uiduitatis plures habeat auctores, numeroque rationum præualeat, & suæ rationes sint cõfutatæ.

69 Ad nonum ÷ fundamentum præter Decium factum, quoniam illud tendit ad præferendam primam electionem, siue nominationem, qua nituntur fratres Souici secundæ, qua Fratres Triultii, placet, ut sicut dicit Fratres Souici conati sunt auctore Decio in alleg. conf. 190. secundam electionem tollere, & infirmare sub prætextu conditionis uiduitatis in ea tacite repetitæ; quòd manifestè falsum fore demonstraui, pariter è contra primam electionem, siue nominationem sternere, penitusq; cõfutare.

Igitur in primis dico, quòd illa electio, siue nominatio facta de filiis D. Antonii fuit, meritoq; licuit ipsi D. susanæ uariare secundo loco eligendo & nominando D. Catherinam l. 2. ff. de opt. leg. glof. Bar. Castr. Alex. Ias. & Ripa 70 in d. l. serui electione, quia ÷ quòd nullum est, nullum producit effectum, l. cum pariter S. curatoris ff. de leg. secundo, & plenius confirmat Rip. atque idem ponit Paris. conf. 81. num. 13. vol. 1. Berous conf. 106. nu. 19. vol. primo, & conf. 23. nu. 19. uol. 2. Probatur, quia D. Catherina fuerat in utraque donatione cæteris nominandis præposita, & in nominatione ÷ ueniebat illis præferenda, secundum necessitatem saltem causatiuam, ut pulchrè prosequitur

amplif.

amplissimus Do. senator, meritò Do. susana prius eligendo filios D. Antonii, nullam electionem fecit, & sibi fuit licitum uariare, nec electio sic ordinata prius per D. Augustinū potuit alterari per eum in primo codicillo, cum iuri certo modo quæsitum D. susanæ non potuerit ille contrahere, licet factum suo quæsitum uxori. l. fin. cū ibi not. per Castr. & Ias. post alios ff. de pact.

72 secundo pulchrè, & subtiliter dico ÷ quòd, quando D. susana prius elegit, siue nominauit filios D. Antonii, id egit adiecta protestatione siue conditione, quòd quodcumque sibi placuerit, possit de dictis scutis sex mille disponere, præsentem uoluntatem mutando, & perinde ac si præsens uoluntas ordinata non fuisset. Quo stante, succedit doctrina singularis Butrii in c. cum M. Ferraric. sub nu. 37. de consi. quæ sequuntur Abb. & Dec. ubi dicit, quòd quando protestatio tendit, uel ordinatur ad totalem detractionem sensus facti, & sensus facti dependet à potestate protestantis & alterius, ut est contrahere, ordinare, profiteri & id genus, si quid est protestatio fiat absente parte, & protestatio est à iusta causa uestita. Iuuat talis protestatio, c. 1. quod met. causa. ic. n. dicendum in casu nostro, quòd cum factum electionis de filiis D. Antonii penderet à uoluntate D. susanæ & ipsorum, & protestatio D. susanæ ordinata esset ad destructionem illius facti & eius sensus, & à iusta causa esset uestita, talis protestatio ualeat, ut posset mutando, electionem facere de D. Catherina, uel eius filiis; Nam uidebatur incongruū, quòd uoluisset alienas successiones propriis præferre, arg. l. cum acutissimi C. de fidei. cõ. meritò ualuit ÷ protestatio, primaq; electio sublata fuit per secundam.

Tertio dico notabiliter, quòd cum electio, siue nominatio dictorum filiorum D. Antonii penderet à uoluntate D. susanæ ÷ quæ poterat ab eis eligendis, uel nominandis abstinere, & nihil ex dictis bonis sibi donatis eis concedere certè protestando & apponendo conditionem in eorum electione, seu nominatione, quòd *Quodcumque sibi placeret, possit de dictis bonis secus disponere uoluntatem mutando*, talis dicitur fuisse iusta causa ius eis quæsitum auferendi, quòd eis acquiri non poterat, nisi mediante facto ipsius D. susanæ, & per eius nominationem. Ita in simili casu determinat Crau. conf. 135. nu. 17. de Marchione, qui quandam in primogenitum admiserat per Decretum suum ex libero eius arbitrio, cum poterat abstinere, primogenitum ei non concedendo, si enim in eius cõsensione fuerit protestatus, quòd liceat ei primogenitum postponere, aut aliter contra eos dispensare, iusta erit causa auferendi ius quæsitum, quòd acquiri non poterat nisi mediante eius facto, & hoc est quòd dicimus, ut subdit Crau. ius quæsitum mediante facto alterius facilius tolli posse per eum, cuius facto quæsitum est, quàm si simpliciter esset acquisitum sine fa-

cto illius, l. si filius S. erit differentia ff. de fidei. lib. cum simi. per eum, nam cum qualificatè, & cū protestatione quæsitum fuit, tolli potest, ut erat in illo Decreto Marchionis, & in casu nostro.

Quarto dico, quæcumque, quando D. susana primo loco elegit filios D. Antonii in suo testamento similiter essent absentes, nam à communi, ter accidentibus, non solent esse præsentis personæ, quæ nominantur, uel honorantur in testamentis, (quòd argumentum ualeat in materia probationum Bal. in c. fin. de causa poss. & pro. & in c. uasallus primo. si de feud. fuer. contro. cum similibus per Ias. in l. non hoc. nu. 18. C. unde legi. Fel. & Dec. in c. in præsentia. de probat. Alex. conf. 36. in fin. vol. 5. Soc. conf. 116. vers. 5. concl. uol. 2. Dec. conf. 194. col. 2. & cõf. 184. col. 2. & conf. 596. in fin. D. meus Rimi. conf. 345. nu. 11.) & si uolunt dicere se præsentis, probare debent. Confirmaturq; Quia cum electio sit actus non requirens præsentiam personæ eligendæ, si dicatur *Præsentem*, non præsumitur præsentia, ut in alio casu tradit Ioan. Andr. in addi. pecul. in S. sciendum, circa fin. de emp. & uend. Castr. in l. Titia S. idem respondit, il 2. ff. ad treb. & in l. illud C. de sacr. sanct. eccl. Rui. conf. 154. nu. 11. uol. 5. sequitur, quæ licet dictis filiis D. Antonii ex sola uoluntate D. susanæ eos eligentis fuisset ius quæsitum l. Labeo ff. de Iurciur. l. Publii ff. de cond. & de mon. tamè ante acceptationem eorum, de qua non apparet, potuit electio ÷ reuocari per dictam Dominam, eligendo filiam, ex quo illis non fuerat quæsitum ius plenum & irreuocabile, ut per Bar. Ang. & Imo. in l. absentis. ff. de dona. Ang. in l. ex eo. ff. de test. mil. Soc. conf. 15. in secundo dubio, uol. 1. Natta conf. 501. nu. 29. & Pedem. dec. 131. nu. 6. cum potissime ius eligendi competeret D. susanæ iure proprio, Bar. in l. 2. ff. de opti. leg. Anch. in c. si compromissarius, de elect. lib. 6. Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone. limit. prima. nu. 46. ff. de uer. signifi. quos allegat crudelitissimus D. senator, quibus addo Bero. conf. 23. nu. 21. uol. secundo, qui latius extendit doctrinam Bar. in d. l. secunda, ut per eum, quem breuitatis causa non referam.

Quinto non omitto quoq; dici posse, quòd eleganter idem D. senator præcogitauit, quæ cū dicta ÷ nominatio, uel electio de filiis D. Antonii facta fuerit in testamento non presentibus illis, nec alio pro eis acceptantibus, sicut testamentum prædictum reuocari potuit per secundum, pariter sublata fuit dicta nominatio, uel electio, secundum doctrinam Bartoli in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. Butr. & Abb. in c. fin. de succ. ab intest. Ias. in l. nemo potest. lect. 1. nu. 21. ff. de leg. 1. Guil. Bened. in c. Raynutius, prima par. uers. testium secundo. nu. 5. de testa. cum simi. quibus addo Menochium conf. 111. nu. 13. ubi dicit, quòd contractus in testamento facti regulantur secundum naturam